









DISSERTATIO JURIDICA

De

COMMUNIONE

BONORUM CONJUGALIIUM,

quam

Auxiliante

Divini Numinis Clementia

Ratificante

Magnifico Jctorum in hac Salanâ Ordine

Patrocinate

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, Excellentissimo

DNO. JOHANNES FRIDERICO

GEORGI, J.U.D. & Curia Provincial. Sa-

xon. nec non Fisci Saxo-Ducal. Jen. Advocato Ordinario Præ-  
ceptore Patrono & Favitore suo singulari observantiæ  
cultu suspiciendo

Publicæ Eruditorum censura exhibet

JOHANNES MARTINUS ab ESSEN,

Osnabrugâ Gwestphalus,

AUTOR

Loco horisque consvetis

ad Februarii

ANNO M. DC. LXXI.

JENÆ,

Stanno Mülleriano.

22

20

23.

10

1671, 10

18

4





ADIDICI OTTIZI

COMMUNIONE

BONORUM CONIIL

GAJUM

ANNO

Divina

Ratione

Magnifico

Præsentatione

DNO JOHANNI FRIDRICO

GEORGII & C. P. P. P. P. P.

AD

AD

JOHANNI MAR

AD

AD

AD

AD

AD

AD

AD







**B**servantiæ & gratitudinis vecti-  
gal est, quod Vobis, *PATRONI Æ-*  
*STIMATISSIMI*, tanquam Anathema  
vestris virtutibus debitum persolvo.

Quod si enim vitæ meæ articulos ad cal-  
culum revocem, haud vulgaria Vestræ erga me  
propensionis auspicia demiror atque veneror.  
Unde hanc mihi legem inprimis condictam arbi-  
tror, ut utroq; pollice allaborandum sit, quomodo  
favorem Vestrum molâ tantum falsa, quum thura  
non suppetant, mihi porro sacrum facere possim.  
Adsum verò, *PATRONI ET FAUTORES*  
*LONGE MAXIMI*, adsum & tenuem hanc Di-  
sputationem tanquam officii mei interpretem Vobis  
eâ, quâ par est, animi religione sisto. Ne spernite à  
Vobis pygmæum hocce gratitudinis tributum. Ma-  
joris abollæ (quod ingenuè fateor) res sunt, quæ Ve-  
stris debentur meritis: sed amplissimæ sylvæ non phi-  
lomelis tantum, verum etiam aliis abjectioris notæ  
aviculis hospitium condonant. Imò magnis etiam  
mentibus hoc solenne est, ut humiles quoque res,  
quas



quas terra protrudit, observent, & non semper astra  
metiantur; ad exemplum oculi nostri, qui ad exigua  
quoque aciem convertit. Hæc ego dum meditor, in  
spem haud obscure erigor, Vobis displicere non pos-  
se tesseram hanc obsequii, quam in parvo munere  
magnam optaverim. Unum hoc indulgentissime  
rogo, ut mihi porro Angeli Tutelares esse, & meam  
salutem vestro favore ad maturitatem educare velitis.  
Uti enim studia mea hactenus vitam quodammodo  
ac spiritum ex Vobis ducunt; ita etiam ut tota sese in  
præconia Vestra effundant, omnia industriam conten-  
dam. Vivite interim publice domique fortunati, &  
familiam meam qualemcunque Vobis porro vestra  
propensione vectigalem facite. Cui voto acquie-  
scit

Magnif. Excell. Nobil. Ampl.  
Reveren. & Prud.  
Vestr.

*Observantissimus  
devotissimus*

Joh. Mart, ab Eslen,





## Prolegomena.

**P**olitici, civitatis indolem, quam sibi pro vero & adæquato objecto venditant, accuratiori nobis calamo depingere allaborantes, quos inter Arniseus *Doct. Pol. c. 2.* & Neotericoꝝ accuratissimus, Vir magni judicii Jo. Frideric. Hornius *part. Architect. de Civit. L. 1. c. 1.* cum sit totum aggregatum *Aristot. Pol. c. 1. & 2.* eam societatibus, tam simplicibus quam compositis seu mixtis constare, monent. Et ut harum, sic & illarum tres dari; Has esse familiam, vicum, pagum; Illas Conjugalem, Paternam & Herilem. **CONJUGIUM**, ceu fundamentum reliquarum omnium, aliàs matrimonium sive nuptiæ, quæ synonymicè & promiscuè in jure nostro usurpantur. **EST VIRI ET MULIERIS**, *ἐνικώς*, ad excludendam pluriū, *ἐν αὐτῷ γένει* conjunctionem, cujus admissionem nostræ leges & ratio damnat, **DECENS**, id est legibus civilibus approbata **CONJUNCTIO** tum corporum, tum potissimum animorum, *c. debitum X. de bigamis*, ne raptus, stuprum violentum, incestus &c. honestum consequantur nomen, & sponsalia, nuptiasque inter, nulla habeatur differentia. De Jur. Sax. non tam conjunctionem corporum, quam conscensionem thalami: daß die Braut in des Bräutigams Bette trete requirit. *Magnific. Do. Richter*

A

Richter



*Richter Decis. 94. n. 4. Beust. part. 3. c. 5. de jur. connub.*  
**INDIVIDUAM**, non tamen ita, ut indissolubilis plane  
sit, sed ne pro arbitrio alterutrius dissolvatur. Hinc  
eruditè distingvit inter individuum & indissolubile *Dn.*  
*D. Johann Frid. Georgi Præceptor & Patronus meus sum-*  
*mè devenerandus in Nucleo Pandectarum Theorico Pra-*  
*ctico Disp. 12. b. 11. VITÆ CONSVETUDINEM CON-*  
**TINENS** §. 1. *Instit. de Patr. Potest.* Quam consuetu-  
dinem *Modest. in lib. 1. de rit. nupt.* per consortium  
vitæ, divini & humani juris communicationem ex-  
planat. Hanc communicationem ad res conjugum  
extendere non dubitamus; in tantum ut nulla sit res  
seu divini seu humani juris, quæ non tanquam debitum  
conjugale exsolvatur, & exigente necessitate promi-  
scuè, salva tamen honestate conjugii, communicetur.  
*vid. Dn. D. Struv. Ex. 29. th. 56. Vinn. in comment. ad §. 1.*  
*Inst. de Patr. Pot.* Eaque ratione non malè uxor quasi  
rerum domina, *Cassio & Nervæ, in l. 1. ff. de act. rer. amot.*  
dicatur. Cæterum de hac communicatione bonorum,  
quæ inter conjuges est, & per nuptias inducitur *l. 4. C.*  
*de crim. expil. hered. & lib. 1. ff. de Nupt.* pauca in præ-  
sentiarum dicturi citra ambages rei, quã nostram, nunc  
facimus nos accingemus; id præmonentes, per com-  
munionem seu conjunctionem nobis significari quam-  
cunque participationem alterutri conjugum ex alte-  
rius bonis jure pacto competentem. Cumque eorum  
bonorum varia sint genera; alia ante matrimonium;  
alia constante; alia soluto matrimonio quæsitæ; eaque  
rursus vel à marito, vel ab uxore provenientia; sepa-  
ratim de singulis perfectiones & membra agemus.

SECT.



## SECTIO I.

### De Communione bonorum ante matrimonium contractum quæditorum.

**B**ona, ante matrimonium contractum quædita, dicimus ea quæ ante nuptiarum mentionem existentia, & cujusque futurorum conjugum propria per nuptias communicari solent. Hæc triplicis generis esseprehendimus. Alia quæ ex parte uxoris ad maritum deferuntur; alia quæ ex parte mariti ad uxorem devolvuntur; alia denique reciproca quæ ab utroque conjugum proveniunt. Primo generi adscribimus Dotem & Parapherna. Ad secundum genus referimus (1) Donationem Propter nuptias (2) Dotalitium (3) Morgengabam (4) Mariti bona reliqua. Tertii denique generis erit Sponsalitia largitas.

#### Membrum I.

### DE DOTE.

**I.** Vocabulum *DOTIS* in Codice nostro Civili varias passim admittit significationes. Hic tantum in propria sua significatione designat *PROPRIUM MULIERIS PATRIMONIUM*, ut *Corvin. in Lexic. suo. vocabul. Dotis per l. 35. ff. Fam. Erc. Et Wesenb. in w. de jur. dot. per l. 3. §. 5. Seu pecuniam l. 222. de V. S. OB MATRIMONII ONUS SUSTINENDUM, MARITO UXORIS NOMINE DATUM.*

**II.** Dispertitur in Profectitiam & Adventitiam. Illa, quæ à Patre, seu in linea paterna ascendente, constituitur, *l. 5. ff. de jur. dot.* Hæc, quæ à matre, vel linea maternâ aliove quovis extraneo proficiscitur.

**III.** Constituunt, id est dotant, seu promittunt dotem, aliàs fœmina constituit dotem *Magnif. Dn. Dost. Struv.*

A 2

Ex. 30.



*Ex 30. th. 3.* alii ex officio lege imposito, ut pater  
cujusque potestati dotanda subjacet, *l. 19. de rit. nupt. l. fin. C.  
de dot. prom.* Qui, non quidem certa quadam actione, sed  
officio & auctoritate judicis adigi potest, modo facultatum ra-  
tio id permittat, & alii casus, de quibus consule *Zaf. in §.  
fuerat n. 3. Instit. de act. Gail. 2. Obs. 95.* Idque ampliatur, ut si  
filiusfam. mutuam pecuniam accepit, quæ in dotem uxoris  
versa, pater de in rem verso actione teneatur, *l. 17. ad Sc. Ma-  
ced. nisi forte ex bonis propriis se dotare possit, arg. lib. 22. §.  
pen. ff. ad Sc. Treb. & l. 9. ff. de in rem vers. Magn. Dn. Doct.  
Strauch. diss. 3. aph. 1. n. 4.* Imo & patrem teneri ad dotan-  
dam filiam emancipatam contendit, *Treut. vol. 2. Diss. 7. th. 2. lit.  
D.* Alii ex libero arbitrii motu, ut mater, avus ma-  
ternus, frater *l. 12. §. 3. in fin. de adm. tut.* ( qui tamen itidem  
ex probabili causa & necessitatis impositione teneri videntur,  
*Treutl. D. 7 th. 3. lit. b. s. & d. Dn. D. Struv. Ex 30. th. 3.* qui  
quo ad fratrem dissentit ) alique extranei, Hic subnotamus,  
neque patrem, neque avum paternum teneri, ut filix naturali  
seu spurix *arg. lit. 41. §. 11. de leg. 3. l. 8. C. de nat. liber. §. locu-  
pleti; In hoc dissentiunt Gail. Menoch. arg. l. 5. §. 12. de agn.  
& al. lib. & quæ se factis suis beneficio hoc indignam reddidit, ut  
exheredatæ *arg. l. 19. C. d. in offic. Nov. 115. c. 3. 11. Pererz. in  
Eod. de dot. promiss. n. 8. hæreticæ l. 19. C. de hæret. l. 9. de hered.  
Nov. 115. c. 3. §. 10 Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 7. th. 2. Minori  
citra parentis consensum matrimonium ambienti Auth. sed si  
post. C. d. in offic. test. dotem constituat, Quod autem ex affe-  
ctione seu misericordia oritur, obligationem non parit. l. 14.  
§. 7. ff. de rel. & sumt. fun.**

4. Constituitur vel ultima voluntate, ut in casu *l. 48. §.  
1. l. 76. de jur. dot. l. 71. §. 3. de condict. & demonstr. Vel inter vi-  
vos, hodie pactis & stipulationibus, l. 20. l. 27. ff. de jur. dot. l.  
unic. C. d. rei ux. act. l. 6. C. de dot. promiss.*

5. Res quæ dotis nomine veniunt, sunt res omnes fungi-  
biles, seu quæ commercio hominum exemptæ non sunt, sive il-  
læ sint immobiles. *l. 13. de fund. dot. sive mobiles. l. 42. &  
segg.*



seqq. C. de jur. dot. l. 30. Cod. eod. tam corporales, quam incor-  
porales. l. 17. & seqq. C. de jur. dot. tam alienæ, quam propriæ.  
l. 9. §. 1. ff. l. 13. C. h. adeò ut si evicta fuerit, de evictione teneri  
constituentem certum sit. per l. 1. C. h. *Ibique Brunneman.* vide  
tamen limitantem *Struv. Ex. 30. th. 10.* locum tamen habet pro  
dote usucapio & it. pro dot. l. 3. §. 1. ff. de publ. in rem act.  
Hic adjicimus, feudum regulariter res dotales fieri non posse.  
§. 1. 2. feud. 9. qualiter olim pot. feud. alien. eò quod dotis datio  
sit alienatio. Aliud est, si feudum sit hæreditarium, aut fæ-  
minæ proprium, & sic ratione naturæ anomalum plane. 2. feud.  
13. & 17. vid. *Gail. 2. Obs. 154. n. ult.* Quale marito concedi po-  
test. Quod & tunc procedit, si dominus consentit. *Myns. cent*  
*4. obs. 80. n. 7.* Plura vid. ap. *Rosenthal. c. 9. conclus. 9. num. 5.*

6. His præmissis, videndum nunc quæ jurium communi-  
catio in dote sit statuenda. Utrique conjugum sua in rebus  
dotalibus jura competere, dubium non est. Jus marito com-  
petens ratione dotis promissæ, nondum autem solutæ parit ipsi  
actionem ex stipulatu. l. 5. C. de dot. promiss. cum jure tacitæ hy-  
pothecæ, ut ex *Jasone* refert *Wesemb. w. de jur. dot.* Imò etsi  
nulla intervenerit stipulatio, nihilominus maritus ad dotem pe-  
tendam actionem ex stipulatu habebit. *Dn. Præses in Nucleo ad*  
*l. un. C. de rei ux. act. §. 1.* Quod si verò à promittente promis-  
sa exsolvi nequeat nec ideo uxorem expelli aut derelinqui posse  
statuimus cum *Wesemb. w. de jur. dot. n. 5. simul deritu nupt. n. 7.*  
cujus rationes ibi reperies.

7. Ratione acquisitæ dotis actiones consequitur maritus  
haud aliter, ac verus rei dominus l. 9. C. d. R. V. l. 49. ff. in fin. d.  
furt. l. 18. §. 1. sol. matr. l. 16 de fund. dot. l. 13. §. 2. eod. §. 40. *In-*  
*stit. de rer. divis. l. 58. ff. sol. matr. l. 7. §. 2. ff. d. jure dot. Peretz.*  
*in Cod. eod. n. 5.* adeò ut & fructus omnes, à quibus excipimus  
servorum dotal. soboles. l. 10. §. 2. & l. 69. §. ult. ff. de jur. dot.  
quæque hi etiam extra rem mariti acquirunt, l. 1. §. 9. C. de rei ux.  
act. etiam accessiones prædiorum dotalium. l. 10. §. 1. de jur. dot.  
& ulum fructum nudæ proprietati accedentem. l. 4. ff. eod. perci-  
pere possit. l. 7. de jur. dot. Quos etiam à muliere aliisque per-



ceptos resolutio matrimonii vinculo repetere potest. *l. 8. C. d. don. int. vir. & ux. l. 2. C. de pact. conv.* Imò & res mobiles alienare ipsi licet. *Dn. D. Struv. Ex. 30. Th. 12. arg. pr. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. 3. §. 2. d. suis & legit. l. 1. & ult. C. de serv. pign. dat. man. Bachov. ad Trentl v. 2. D. 7. Th. 9. L. C.* Immobiles autem ne consentiente quidem uxore. *pr. Inst. quib. alien. non licet. l. un. §. 15. C. d. rei ux. act.* propter fragilitatem sexus virorum blandiloquiis, aut minis obnoxii. *d. pr. Inst. in fin. alienare valet.* Concessa verò est marito etiam alienatio immobilium rerum æstimatò datarum. *l. 9. §. 1. ff. de fund. dot. & hoc quasi per contractum. l. 10. pr. §. 5. l. 10. C. d. jur. dot.* Quod si tamen mulier maluerit rem exstantem ut æstimatam repetere, licebit ipsi. *l. 1. C. de fund. dot.* Necessitate quoque urgente alienatio facta valet. *l. 1. pr. d. fund. dot. l. 2. C. eod.* Sicut & illa alienatio ex qua melioratur conditio mulieris. *l. 26. l. 27. d. jur. dot. juncta l. 61. §. 1. & l. fin. eod.* Jur. Canon. juramento confirmata alienatio non rescinditur. *arg. c. 23. d. jur. jur. c. 2. d. jur. in 6.* Ut nec jure Sax. modò alienatiò causæ cognitione interveniente, adhibito mulieris, ejusque curatoris consensu, interpositoque decreto Magistratus facta sit. *Schultz. in Syn. Inst. quib. alien. licet vel non Magn. Dn. D. Richter d. success. Sect. 4. m. 2. n. 10. & seqq. earumque oppignoratio renunciatio- ne Scti Vellej. firmata Const. Elect. p. 2. c. 16. ibique Carpz.*

8. Cum igitur maritum rei dotalis dominum esse statua-  
mus, tangenda nobis quæstio. An & ipsius indistincte pericu-  
lum, si quod forte obveniat? Respondemus regulariter esse  
viri *l. 10. l. 18. d. jur. dot. l. un. §. 9. C. d. rei ux. act.* Hoc tamen  
ad res inæstimatas non extendendum; Cum enim maritus in  
rebus hisce latam & levem culpam præstet. *l. 18. §. 1. l. 25. §. 1. l. 24. §. 5. sol. matr. dos quem. pet. periculum uxoris erit. l. 18. §. 1. sol. matr. l. 10. §. 1. d. jur. dot. l. 26. l. 49. sol. matr.*

9. Isthoc jus dotis marito competens revocabile esse,  
cuilibet leviter saltem in legibus nostris versanti liquet. Hinc  
sponte fluit, uxori quoque jus suum in re dotali integrum serva-  
ri, vi cujus revocare non solum eam potest, sed & alias com-  
modita-



moditates percipere. Jus revocandi exercetur regulariter soluto demum matrimonio, qua ratione ejus tractationem ad sequentem sectionem reservamus. Hic saltem monebimus aliquando revocari ante nuptias contractas; aliquando constante matrimonio. Prius accidit in casu traditæ jam dotis ob nuptias futuras, nec tamen postea secutas; ubi repetitio fit per conditionem causa data, causa non secuta, *l. 32. junct. l. 17. solut. matr. aut. R. V. l. 17. ff. solut. matr. Dn. D. Struv. Ex. 30. T. 6. 47.* Posterius in casu necessitatis, & imminentis periculi, utpote marito ad inopiam dilabente, non autem culpa uxoris, fictione juris, quasi matrimonium solutum esset. *l. 21. ff. sol. matr. l. 29. l. 30. C. d. jur. dot. Andr. Nauchb. part. 1. q. 33. n. 14.* Limit. nisi sciens obarato viro nupserit, tum enim stultitiæ aut levitati erga ipsum propensæ expensum ferre debet *l. 3. §. fin. ff. ut in poss. leg. l. ult. §.* Huc illud quoque *C. d. sponsal. Cum volenti & negligenti non fit injuria l. 34. C. d. transact. c. 27. d. R. J. in 6to.* Hinc Carpz. eam in dolo versari concludit, quod obarato scienter nubat, cui nunquam favor militat. *l. 43. §. 1. ff. d. adm. tut. l. 37. §. 1. ff. de minor. Gail. 2. Obs. 84. Rittershus. in Nov. part. 5. c. 5. n. 4.* Dotem marito ad fortunatiorem statum properanti restituendam autumat. Repetitam dotem alienare etiam prohibetur mulier, ut ejus fructibus utantur, & liberi & maritus *l. 30. C. de jur. dot.* Plures casus quibus constante matrimonio dotis repetitio conceditur *vid. in l. 20. ff. sol. matr. l. 73. d. jur. dot. & l. 31. pr. sol. matr. Nov. 22. c. 8.*

## Membrum II.

### DE PARAPHERNIS.

Y.

ETymon vocis hujus Calvinus in Lexico juris suppeditat, dicitque Parapherna descendere à *παρὰ* quod est præter & *φάρων* dotem; hinc paraphernorum seu paraphernalium vocibus indifferenter utantur *Id. Definitionem seu mavis descriptio.*



ptionem hanc ponimus. *SUNTE A MULIERIS BONA, QUÆ  
ILLA HABET EXTRA DOTE* l. 9. §. ult. d. jur. dot. l. 31. §. 1.  
ff. d. donat. Aut ut Calvinus d. l. habet. Bona quæ à  
matre puellæ tradita sunt, Sed hæc angustior esse  
videtur Germ. dicuntur. **Neben oder Handgüter.**

2. Distinguere possumus hæc non quidem originis intuitu, sed ratione possessionis in ea, quorum instrumento super his facta libera possessio & administratio marito concessa est. l. fin. C. de pact. conv. tam. supra dot. dicta in specie paraphernalia. Hahn, p. 2. f. 142. **unverändert Gut** / & ea quæ mulier sibi recipit, & à rebus mariti separata habet, quæ receptitia **vorbehalten Gut**. l. 9. §. 3. d. jur. dot. l. 8. C. d. pact. conv. Dn. D. **Richter** d. success. conjug. membr. 1. n. 7. Menoch. lib. 3. presunt. 8. n. 123. seqq. Bach. ad. Tr. vol. 1. D. 9. Th. 7. lit. F. & vol. 2. D. 7. Th. 9. lit. B. In quibus postremis maritus nullum, ne quidem administrandi jus habet. *Vesemb.* ff. d. tit. n. 5. prohibitum dicit sub pœna infamiæ l. 4. l. 17. C. d. excus. Rationem annectit, ne indulgentia uxoris fretus malè administret, & inter conjuges scandalum oriatur. l. 2. C. ne fidej. dot. dentur.

3. Constituuntur parapherna vel ex dispositione uxoris tanquam rerum dominæ arg. l. 1. C. d. dote cauta non numerata Vel ex parentum arg. l. 5. l. 8. l. 44. d. jur. dot. l. 45. sol. matr. & cognatorum aliorumque extraneorum libera voluntate l. ult. C. de jur. dot. arg. l. 22. pr. ff. sol. matr. (nemo enim cogi potest. l. 1. l. 4. l. 16. l. 18. l. 28. C. d. jur. dot.) eaque vel expressa vel tacitâ, cum liberum uxori utrum velit in domum mariti ea inferre ejusve custodiæ submittere, an non. l. 9. ff. de l. jur. dot. l. 8. l. ult. C. de pact. conv. tam. super dot. Expressâ, quando mulier res suas mariti custodiæ & administrationi concedit, sive ex ut paraphernalia dotali instrumento inseruntur l. ult. C. d. pact. conv. sive chirographo mariti consignantur. l. 9. §. ult. d. jur. dot. Berlich, 1. Con. l. 36. n. 26. Tacitâ, si quando patientiâ uxoris easdem res administrat d. l. 9. §. ult. d. jur. dot. Et siquidem emancipata fuerit, nullius consensum adhibere necesse est §. 6. Inst. quib.



quib. mod. jus. patr. pot. solv. secus si in paternae familiae sacris  
constituta est, alias bona profectitia in quibus nihil juris habet,  
nullo modo alicui concedere potest. §. 1. Inst. per quas person.  
Adventitiorum, cum patris sit ususfructus, illo non consenti-  
ente, adempta filiae est potestas d. §. 1. Excipimus tamen ad-  
ventitia hac conditione filiafam. data ne ad patrem usufr. ve-  
niat *Auth. excipitur C. de bonis quaelib. Auth. ut filia si cum patre*  
*succedit. Auth. defuncto C. d. Scto Tertul. Nov. 118. c. 2.* Item  
ex speciali lege concessa, utpote sine causa praegnante divortio  
per patrem tentato *auth. idem est C de bon. quaelib.*

4. Objectum se se hic offert nobis idem quod in dotem de-  
scendit, quod repetere hic otiosum putamus. Modum praes-  
cribit paraphernis uniuscujusque liberalis dispositio *Arniseus*  
*d. jur. connub. c. 3. Cujac. lib. 11. seqq.* Sed sine dotis promissio-  
ne & nominatione illata bona, quibus mulieris patientia, uti-  
fruitur maritus, an habeantur pro dotalibus an paraphernali-  
bus? posterius affirmamus, quia dotis datio cum sit facti, non  
praesumenda. *l. 2. ff. d. probat. Gail. 2. O. 82. Bach. vol 2. D. 7.*  
*Th. 4. Lit. D. Carpz. p. 1. Const. 28. d. 87.* Hinc in dubio para-  
phernalia censenda.

5. Finis dotium est, ut facilius maritus onera matrimonii  
sustinere possit, Cui paraphernorum respondet *arg. l. 7. pr.*  
*l. 56. §. 1. l. 75. & seqq. ff. d. jur. dot. l. 20. C. eod.* Hinc cum jus  
administrandi marito moderna consuetudine datum, ut notat  
*Gudel. l. 1. d. jur. Noviss. c. 7. & jur. Civ. volente uxore l. 9. §. 3.*  
*ff. d. jur. dot. l. 8. l. 11. C. d. pact. conv.* Maritus etiam recte pa-  
raphernorum usuras exactas, tam in suam, quam uxoris utilita-  
tem vertit *l. ult. C. d. pact. Brunnevan ad l. 8. & ult. C. eod.*  
Omnium rerum usumfructum Jus Sax. marito tribuit. *Carpz. p. 4*  
*Const. 21. n. 8. Dn. D. Struv. Ex. d. rit. nupt. 56.* Quod & asse-  
rimus de Jur. Civ. si voluntas uxoris non refragetur *arg. l.*  
*ult. C. d. praescript. long. temp. l. 11. §. 1. d. publ. in rem act.* Alio-  
quin omnes fructus restituat *arg. l. 17. C. d. don. inter. vir & ux.*  
Dote vero non constituta, loco dotis omnes addicimus marito  
cum *Menoch. l. 3. praesumat. 9. n. 21. Rosenthal d. feud. c. 10.*

B

concl.



concl. 5. n. 10. Hinc etiam ratione paraphernorum in specie di-  
torum, nomine uxoris agere potest, & quidem absque man-  
dato aut cautione contra *Giphan. l. 21. C. d. procur. d. rato. l. 8. l.*  
*su. C. d. pact. conv. Ummius D. 9. ad process. jud. pag. m. 410. Do-*  
*nell. l. 18. c. 12. lit. L. ibique Hillig. secus si agit de receptitiis l. 21*  
*C. d. procur. Gail. O. 133. ubi rati cautionem præstat, nisi instru-*  
*mentorum productione mandatum probatur l. fin. C. d. pact.*  
*conv. Paretz. ad C. d. procur. n. 16. In foro Sax. curatorium ex-*  
*hibeat, aut cautionem rati præstare cogitur Carpz. d. process.*  
*tit. 1. art. 6. n. 31. Et hæc ideò, quia diligentiam quam suis re-*  
*bus adhibet, his detrectare non debet l. ult. C. de pact. conv*  
*Ex quo fluit, ipsum omnia damna avertere l. 68. de usufr. res me-*  
*liorare debere, l. 7. §. 2. & 3. l. 46. §. 1. d. usufr. l. 7. C. eod. l. 18. d.*  
*usufr. §. 38. d. R. D. etiam onera alia sustinere, nisi immodica*  
*sint, quæ tunc refundenda arg. l. 7. §. 2. ff. d. usufr. ibique Hahn*  
*ad Wesenb. n. 5. Hæc secus se habent, si nudam tantum habet*  
*administrationem arg. l. pen. C. d. mun. patrim. Carpz. p. 3. c. 16.*  
*def. 12.*

(VI.) *Mulieris Jus circa parapherna tangemus. Cum u-*  
*xor sit rerum, domina, jura etiam veri domini, quatenus*  
*nihil juris in his alicui permisit, in promptu habebit, puta Jus*  
*vendendi oppignorandi, donandi l. 6. C. d. revocat donat. arg.*  
*lib. 21. C. d. procur. Wesenb. p. 1. Conf. 11. n. 17 De Jur. Sax.*  
*ut & consuetudinario paulò aliter servatur. Illo namq; marito jus*  
*utendi fruendi bonis mulieris viventis omnibus competit &*  
*defunctæ eâ omnium mobilium lucra maritus consequitur.*  
*Sandr. l. 1. art. 31. post pr. lib. 3. art. 67. Brunnem. ad l. 2. C. qui*  
*dare tut. Hahn. ad Wesenb. in obs. de tut. n. 5. In securitatem*  
*Juris sui competit uxori jus hypothecæ in bonis mariti, quod*  
*tamen non æquivalet dotis privilegio ut vult Wesenb. in not.*  
*ad Schneidevv. §. ult. Instit. de donat. sed est tantum tacita hy-*  
*potheca, citra prælationis jus l. fin. §. sin autem. C. d. pact.*  
*conv. arg. l. 29. C. de jur. dot. Mnsing. 5. obs. 4. Fontanella de*  
*pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. n. 62. Repetit etiam non soluto*  
*matrimonio mulier hæc bona iis casibus, quibus dotem repeti*  
*diximus*



diximus arg. l. 24. pr. ff. sol. matr. lib. 29. C. de jur. dot. arg. l. 1.  
C. d. repud. Gail. l. 2. de pace publ. c. 16. num. 1. seq. & 2. obs. 86.  
item also in casu 2. obs. 83. in fin.

### Membrum III.

## De DONATIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

### I.

**U**T DOS à muliere ad maritum arg. l. 30. ff. solut. matrim.  
Peretz. ad C. tit. eod. n. 12. & seqq. ita donatio propter nu-  
ptias ad uxorem provenit lib. 18. C. de donat. ante nupt. c. 8. §.  
sane. x. de donat. inter vir. & ux. unde & Antiphernæ quasi  
contra dos appellatur. l. cum multa C. de donat. ant. nupt.  
Germ. Gegenvermächtnis. Gall. Donation en faueur de ma-  
riage. Quamvis Veteribus sc. Romanis in cognita fuerit, ut  
Scip. Gent. lib. 4. de donat. iut. vir. & ux. c. 16. nec minus anti-  
quis Germanis Tacit. lib. 1. de morib. Germ. eò, quod ipsis  
usitatum fuerit, uxores non viris, sed viros uxoribus dotem  
conferre. **HANC DONATIONEM** quam Hottom. qui  
tamen ab Scip. Gent. d. l. in absurdis circa hanc Donationem  
constitutis judiciosissimè corrigitur, non sine ratione novum  
dotis virilis genus appellat. & Henr. Goden. conf. l. 6. num. 7.  
pignus dotis. Describimus **DONATIONEM QUAM  
FACIT SPONSUS SIVE MARITUS, ALIUSVE EJUS  
NOMINE SPONSÆ sive UXORI §. 3. Inst. d. donat. IN-  
COMPENSATIONEM & SECURITATEM DOTIS** l. ult. &  
tot. tit. C. de donat. ante nupt. Schneidvv. de donat. n. 1. Carpz.  
l. 6. Resp. 5. n. 3. & decis. 198. n. 4. Brunneinan, ad Auth. C. ad Scil.  
Vell. & l. 16. C. de don. ante nupt.

(II.) Hujus donationis appellationes varias reperimus  
apud Dd. & Justinianum in §. 3. Inst. d. donat. Constituitur aut  
à sponso aut marito, aut tertio ipsius nomine l. 19. C. de don. an-



re nupt. quam tamen pater exhibet ex officio l. ult. C. de dot.  
promiss.

(II.) Communicatio hujus donationis in eo consistit ex parte uxoris i. ut constituta donatione propter nuptias uxor ejus dominium jure singulari consequatur. Eo quod marito eorum rerum non competat alienatio *auth. sive à me C. ad Sct. Vellej.* uxori autem vindicatio à quovis possidente l. 29. & *auth. seq. C. d. jur. dot.* Hinc etiam indubitato inter modos acquirendi domini singulares Justinian. noster retulit in §. 3. *Instit. de donat. Habu. ad Wesenb. p. 2. f. 115. Gudel. d. jur. Nov. l. 1. c. 8. per l. ubi a huc C. d. jur. dot. Scip. Gent. l. 4. c. 16* dominium non penes uxorem sed maritum donatorem manere contendit, sicuti neque fructus ejus mulier habet, sed maritus *per. l. ubi adhuc C. d. jure dot. & auth. dos data C. d. donat. ant. nupt. & in Nov. de non eligen. secund. nab. §. illud quoque,* idque confirmare hac ratione annitur, quod apud maritum sint onera matrimonii l. dotis fr. l. plerumque §. serviss. d. jur. dot. (2.) Per eam redditur secura de dote; Quia ratione tacitam in bonis mariti hypothecam habet, quam tamen sine privilegio praelationis esse statuimus *per. l. 12. §. 3. C. qui pot. in pign. Schneidew. in §. fuerat. n. 36. & 60. Inst. de act. Quod de jur. Sax. contra Moller. Const. Elect. 28. n. 50. & seqq. p. 1. Negant Carpz. p. 2. Const. 24. def. 6. & Const. 16. def. 1. p. 1. Const. 28. def. 91. Schneidew. l. cit. rationes vide apud Matth. Wesenb. p. 1. cons. 50. n. 27.* Hinc actio uxori competit ad res tum antidotales l. ubi adhuc cum *auth. seq. C. de jur. dot.* tum, his deficientibus, ad alias vindicandas l. 12. C. qui pot. in pign. hab. Dixi: tacitam hypothecam competere mulieris potest tamen & sibi de expressa prospicere; quo facto, jus praelationis ipsi ex Jur. Sax. tribuimus. *Ord. process. judic. Elect. Sax. tit. 43. §. So wollen Wir. v. Es wäre denn ein Weib.* Notandum verò hic, mulierem deficiente jure tacitæ hypothecæ & privilegio praelationis inter chirographarios recenseri d. l. 43. *Const. 28. Zu dem Gegen. Vermächtnis aber. §. So wollen Wir.*

Inter



Inter dotem & donationem propter nupt. æqualitatem  
 quandam servandam esse, patet ex l. ult. §. si igitur dote C. de don.  
 ant nupt. Nov. 91. c. 1. Bocer. de donat. c. non 8. Harp. ad §. 3. Inst.  
 de donat. n. 6. Peretz. in C. l. de don. n. 2. quam tamen per dispa-  
 rita pacta negligi notat Gail. l. 2. O 78. n. 2. Hahn. ad Vvesenb. d.  
 Jur. dot. n. 11. Philip. usu pract. lib. 39. lib. 2. Quemadmodum  
 vero soluto matrimonio datur uxori actio ad dotem repeten-  
 dam l. unico. §. illo procurat. C. d. rei ux. act. ita marito ad don.  
 propt. nupt. recipiendam e. donatio §. sane de donat. int. vir. &  
 ux. In foro Sax. receptum dicit Carpz. p. 2. Const. 44. def. 14.  
 ut hæc donatio mulieri debeat, etiamsi post mortem mariti  
 demum dotem solverit, quia hæc participat naturam dotalitii,  
 quæ aliquando indifferenter sumuntur c. 4. x. d. don. int. vir. &  
 ux. Moineus conf. 52. n. 31. Idemque etiam d. Jur. Civ. si dos  
 ab alio soluta, procedere asserit ex Joh. Fabr. Guid. Pap. Decis.  
 565. in fin.

#### Membrum IV.

### DE DOTALITIO.

I.

**D**otalitium vulgo doarium c. plerumque de don. propt. nupt.  
 ὑποβολεν. Spec. Sax. lib. 2. artic. 74. Germ. Leibgeding/  
 Gegenvermachung/ Leibzucht. Alinens man. jur. voc. dot.  
**EST DONUM QUOD VIR, AUT EO DEFUN-**  
**CTO NECESSARI, UXORI, INTUITU DO-**  
**TIS ACCEPTÆ, IN PARTE BONORUM SU-**  
**ORUM CONCEDIT, QVO POST MORTEM**  
**SUAM ALETUR HONESTE.**

II. Speciem donat. propt. nupt. esse asserunt c. ex parte de  
 foro comp. & Bocer. de donat. propt. nupt. c. 11. n. 2. modo consti-  
 tituendi verò differre. Matth. Coler. part. 11. Decis. 57. & 60. n. 12.  
 Constitutionem ejus ab ipso marito sive Nobili sive ignobili;  
 [quod & ego in patria Osnaburgi practicatum memini, in cau-  
 sa rustici Heynen) ejusque necessariis, fieri palam est, tum in

B 3

bónis



bonis allodialibus, tum maxime in feudalibus *Carpz. p. 2. Const. 42. def. 2. Beust. p. 4. c. 9. & 10. Dan. M. Her. n. 3.*

III. Quæ verò ejuldem sit quantitas, cum non subiaceat Regulis juris nostri positivis. *Besold. in thes. pract. v. Leibgeding n. 46.* uniuscujusque Regionis mos & consuetudo, quippe quæ rarò aut nunquam eadem, docebit. *Coler. decis. 60. num. 19.* Recepto more Sax. communiter duplo majorem partem dotis quantitate illata, intellige quoad ulumfructum hinc deducendum, viduà consequitur. *Carpz. p. 2. Const. 42. def. 1. Jacob Schulz in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 122. n. 132.*

IV. Dicitur: Dotalitium constitui ratione dotis datæ; potest etiam citra dotem constitui. *Carpz. p. 2. Const. 42. def. 5. & 6.* Et siquidem pro dote constitutum dotalitium uxoris consensu, vel ratihabitione viduæ plene confirmatum, nunquam repetitio dotis mulieri conceditur, sed illa directò cum aliis mariti bonis & ipso dotalitio post mortem viduæ ad hæredes mariti transit. *Const. Sax. 32. vers. Daß dagegen ihre Mitgiffe und Einbringen verlesche und abgehe. Wesenb. p. 1. conf. 26. n. 26.* Limit. verò *Carpz. part. 2. Const. 42. def. 3. & exeept. def. 4.* Hinc æquitati conveniens maximè, hæredes mariti eo in casu vicissim obligari, ut & agnatos, si consenserint ex pacto. *Hartman. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 6.* Isti verò tametsi non tenentur, ex promisso tamen si legitimè sit constitutum dotalitium jure obligantur, ad implendum factum cujus hæreditate gaudent *l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de reb. alien. non alien.*

V. Ita constituto viduæ dotalitio ipsa consequitur jus utendi fruendi, ad tuendum honorem pristini conjugii, ut placet *Gudelino de Jur. Noviss. c. 8. l. 1.* ad ultimum usque vitæ spiritum, modo non impediatur pacta & adulterium *l. plerumque de donat. int. vir. & ux. adeò, ut & ipsi locare, vendere, donare, si non præjudicet proprietati, liceat, cum & hoc ipsum usufructuario concedatur l. 8. pr. ff. d. bon. auth. jud. poss. l. 38. cum l. seq. l. 67. ff. de usufr. §. Inst. de usu & hab. l. 8. §. ult. de peric. & comm. rei vend. l. 9. §. 1. l. 17. de pign. & hypoth.* Et cum non consequatur ipsam proprietatem, tenetur cautionem præstare, ut quidam



volunt. *Carpz. p. 2. Const. 42. def. 7. Jure tacita hypothecæ ac  
prælationis munita est. p. 1. c. 28. def. 93. Carpz. Dn. D. Struv. Ex.  
44. Th. 49. Dn. D. Richter.*

## Membrum V.

# De MORGENGABA.

I.

**C**irca vocem hanc notamus breviter, quod sc. dicatur à Germ<sup>o</sup>  
Morgen-Gabe. *Wegner. obs. pract. verb. Morgengabe.  
Wesemb. de jur. dot. n. 11. sive dono matutinali.* Hæc igitur  
MORGANATICÆ SIVE MORGENGABA, quæ jure feudali & consuetudi-  
ne plurimarum Gentium recepta est, dicitur MUNUS NUPTIALE AC  
MATUTINUM, QVOD, ut *Juvenal. PRIMA NOCTE FOEMINÆ  
IN PROEMIUM AMISSÆ VIRGINITATIS A VIRO DA-  
TUR*, *Sandr. lib. 1. Artic. 20. Berlich. p. 3. c. 28. n. 80. & seqq. Phi-  
lip. usu pract. lib. 2. Ec. 30.* Hanc speciem etiam olim Romanis  
usitatam ostendit vetus *Juvenal.* Interpretes in illum locum *Daci-  
cus Germanicus* inquit: *Solidi ita signati, qui pro virginitate  
deposita, novæ nupta donantur.* Græcos similia habuisse, quæ  
*ἀνακλυπτήρια & ἐνάυλια* aliisque nominibus, indicabant, mu-  
nuscula, quæ postridie nuptiarum à patre aliisque cognatis  
sponsæ dabantur. *& Scip. Gent. l. 2. c. 23.* ostendit, etiam apud  
Veteres Thraces Morgengabæ & dotalitii morem observatum  
fuisse.

(II.) Hanc donationem moribus receptam differre à  
munere, quod inter conjuges morganaticos, seu contracto ma-  
trimonio morganatico dari solent, & quidem in foro Sax. ex di-  
spositione *Jur. Sax.* differre ostendit latè *Carpz. p. 3. Const. 33. def.  
20.* Hujus species dari solitæ sunt tantum res pretiosæ, ut catena,  
patera, monile ex auro argenteo, quæ ut ex liberalitate profe-  
cta, ita sponsa ea pleno jure lucratur, & defuncto marito unâ cum  
aliis utensilibus ad proximum hæredem transfert. *Joh. Schnei-  
devv. ad r. de hered. que ab intest. def. rubr. de success. int. vir.  
& ux. n. 41. Gentil. d. l. c. 23.* rejicit illarum opiniones, qui pe-  
cuniam



penam promitti posse, hujus donationis intuitu, statuunt, eò,  
quod pecunia fere dari non usu veniat; & promissionem esse  
contra naturam hujus largitatis, quia derivatur à *Morgen* &  
ab ipso primo actu donandi *Geben* / quod moram dilatio-  
nem non admittit, quamvis autem posteriorem minime im-  
probemus opinionem, priorem tamen moribus contrariam esse,  
generalis consuetudo, evincit; cum nihil receptius, pecuniam  
dari.

### Membrum VI.

## DE SPONSALITIIS.

### I.

**S**ponsalitia largitas seu Antipherna, quam merito princi-  
pium sive clavem totius materię de donationibus, tum inter  
sponfos, tum inter conjuges appellamus. *EST DONATIO,*  
*QUA SPONSUS SPONSAM SEU SPONSA SPONSUM*  
*l. 1. §. 1. de donat. l. 12. l. 16. C. d. donat. ante nupt. NUPTIA-*  
*RUM INTUITU, ET IN GRATIÆ AMORISQUE*  
*SIGNUM AFFICIEBAT.* Hic notandum donationem  
hanc sc. inter Sponsum & sponsam liberalitatis & amoris gra-  
tia factam, Veteribus non in cognitam, sed Juris Gent. fuisse.  
*Vinn. in Comm. ad Inst. de don. hęc autem in donationem*  
*propriam & merę liberalitatis actus habitos fuisse, nullo sc.*  
*casu revocabiles l. 1. §. 1. l. 8. C. d. don. ante nupt. ut ut non sub-*  
*secutis nuptiis l. 1. §. 1. l. 2. l. 12. C. d. t. nisi aliter pactum esse*  
*appareat. Constantini autem Constitutione, ejus juris esse cę-*  
*pere, ut ni expressam saltem tacitam præ se ferrent conditio-*  
*nem futurarum nuptiarum l. 15. C. d. donat. ant. nupt. Hinc in*  
*definitione recte positum: intuitu nuptiarum subsequenda-*  
*rum, Differt tamen à donatione propter nuptias, quod illa*  
*contracto jam matrimonio in dotis securitatem & compensa-*  
*tionem; hęc sponsalitia largitas sub conditione futuri ma-*  
*trimonii concipiatur, majoris affectionis ergò l. 16. C. d. don.*  
*ante nupt. Hujus dominium est penes accipientem perpetuo*  
*l. 8. Illius est revocabile.*

### II. Facta



II. Facta donatione donatarius promissam petit actione personali seu conditione, a promittente; modo non fuerit uxoratus, cum tam ipsum obligari impossibile *l. 5. C. b. Data* verò perdit, consequitur verum rei donatæ dominium, & hoc procedere etiam ante sponsalia, dummodò subsequatur matrimonium, testatur *Peretz. in C. d. donat ante nupt. adeò*, ut nec donans eas alienare obligareve ullo modo prohibeatur, nisi quis jã ante eas habeat obligatas *l. 13. C. d. donat. ante nupt.* Hinc jus prælationis cum *Peretio & Mynsing. cent. 8. Obs. 4. & ad §. fuerat Inst. de act. Gudelin. d. jur. Noviss. l. 1. c. 8.* ei tribuimus. Dictum est perpetuum esse hoc dominium. Id tamen positis requisitis accipiendum, sc. si nuptiæ secutæ fuerint. Hæc namque conditio præsumitur, si nominatim non expressa fuerit: hinc *Constantinus casum non adjectæ causæ exæquat illi, qui adjectam habet. l. non facile §. affin. ff. de grad.* cum sine spe nuptiarum nemo integræ mentis facile donaturus, præsumatur, secus contra eum per quem stetit, quo minus conjunctio sequatur, conditione experiri licet. Si verò morte alterutrius præpediur spes nuptiarum, sponsæ integrum donum repetere, conceditur; Sponso, non aliter totius repetitio datur, quam si oculus non intervenerit, alias pars tantum dimidia repetitur. *l. 16. C. eod.* Monet *Peretz.* jus æquale hujus donationis & dotis.

SECTIO II.  
DE COMMUNIONE BONORUM STAN-  
TE MATRIMONIO QUÆ-  
SITORUM.

I.

**H**anc sectionem nostris laboribus subicere abs re esse existimant cum *Hottom. lib. d. rit. nupt. c. 22.* plures Jurorum, & Philosophorum nonnulli, ut *Clariss. Anthon. Montecatinus in lib. 1. Polit. Arist.* ducti *Lege Romuli*, quæ omnium & Sacrorum & bonorum communionem inter conjuges sanxit, cui etiam adstipulari videntur. *L. Justin. ut l. 4. C. d. crim. expil. hered.*

C

l. 1.





*l. ff. d. ritu nupt.* ; hinc communicationi, communicatis jam rebus amplius locum esse negant. Sed nos hoc restringendum cum Gentili *c. 6. l. 1.* arbitramur : aliàs ridicula foret interdictio de receptitiis, & nulla fuisset patri potestas in filiam uxoratam, qui tamen, vi ejus dotem à se datam cum filiabus communem habuit. *l. 1. ff. d. lib. exhib. l. 2. ff. d. fur. dot.* Largimur verò societatem quandam per talem unionem induci, ut uxor quasi domina habeatur, sicut & superius ostendimus, haud secus ac filius quodammodo dominus rerum paternarum. *l. in suis ff. d. lib. & posth.* Verum non ita, ut ipsa amplius domina fieri, aut maritus propius ad dominium accedere nequeat, **C**EU ex dicendis apparebit.

II. Cum horum bonorum varii sint fontes, sive causæ ex quibus proficiscuntur, non uno genere complecti ea poterimus. Consideramus itaque quatenus vel ex bonis tum mariti, tum uxoris acquiruntur; vel etiam extra bona, aut ex singulari opera; aut citra operam, casu aliquo fortunæ.

### Membrum I.

## De ACQUISITIS EX BONIS MARITI.

### I.

**M**arito varia bona assignari possunt. Alia quæ jam à marito ad uxorem donatione pervenere, puta Donationes propter nuptias, Morgengabha & Dotalitium; Alia, quæ sibi reservavit. De prioris generis bonis in precedenti sectione actum. Hic repetendum, quid juris stante matrimonio circa fructus harum rerum statuatur.

II. Quod attinet donationem propter nuptias, videbatur dicendum, uxori fructus ex ea competere, cum aliàs conjux ex re sibi donata fructus industriales suos faciat, naturales non item. *l. de fructib. C. d. donat. int. vir. & ux. l. fructus percipi-*



*endo ff. de usuris. & Gent. l. 6. c. 7. d. donat. int. vir. & ux.*  
Contrarium tamen est statutum, ut uxor nullos ex hac dona-  
tione acquirat fructus, sed quicquid horum est, marito defe-  
ratur, *l. ubi adhuc. C. d. jur. dot. Confer. Auth. dos data C. de*  
*donat. ante nupt. & Nov. de non eligendo secund. nupt. §. illud*  
*quoque, & hoc æquitati convenientissimum, ut jura marito*  
*faveant, quò relevetur, ne totus matrimonii oneribus succum-*  
*bat. l. dotis fructus l. plerumque §. servis ff. de jur. dot. Com-*  
*muniter tamen hunc casum excipi cernimus, puta vergente*  
*marito ad inopiam. l. ubi adhuc. C. d. jur. dot. d. Nov. §. 6. ;*  
Neque tùm absolutè hosce fructus mulieri cedere asserimus, sed  
ita, ut iis familiam sustentet, cum jure naturali teneantur pa-  
rentes, hos qui sunt in familia sua, alere. *l. 2. C. d.*  
*infant. expon.*

III. Dotalitium, cum in casum soluti demum matrimo-  
nii constituatur, sponte inde fluit, omnes fructus ex eo, patri-  
monio durante ad maritum spectare.

IV. Morgengaba vero seu sponsalitia largitas, cum ple-  
no jure ad uxorem transeat, fructus quoque ejusdem lu-  
crabitur.

V. Posterioris generis bona mariti ita sunt propria, ut u-  
xori nullum jus in iis constitutum; quoad usum tamen familiæ  
communem quoque de iis participare videtur. Sicut namque  
maritus ab uxore obsequium, *l. 7. §. 7. C. d. rei ux. act. & operas*  
*arg. l. 31. pr. ff. 1. d. donat. int. vir. & ux.* Ita uxor à marito ali-  
mentationem, ad vitæ & valetudinis sustentationem, *arg. l. 83.*  
*d. V. S. ut & defensionem exigere potest. Wesenb. de R. N.*  
ibique Bachov.

## Membrum II.

# De ACQUISITIS ex BONIS UXORIS,

### I.

Sicut in membro præcedenti duplicis generis bona statui-  
mus,



fructus, ita uxoris bona in duo genera dispescimus. In priori  
 locantur ea, quæ ab uxore ad maritum transferuntur; puta  
 dos & parapherna strictè dictæ. De dote confessi juris est,  
 quod cum maritus fiat dominus, ipsumque sequantur onera  
 matrimonii, fructus ejusdem in suam utilitatem vertere possit,  
 quia hic finis est matrimonii. *l. 20. C. de jur. dot. l. 7. ff. eod.*  
 De Jure Sax. marito omnium bonorum, etiam paraphernorum  
 uxoris, nullâ attentâ distinctione aut differentia ad vitæ suæ  
 tempus tribuitur ususfructus. *art 31 & 45. l. 1. Landrecht Matth.*  
*Coler. p. 1. decis. 18. & Carpz. p. 3. Const. 25. d. 6.* hoc ampliare vi-  
 detur in tantum ut mulier rebus suis utens fruens in damnum  
 aut carentiam mariti post mortem etiam mariti ad restituendos  
 fructus conveniri possit ab hæredibus. *arg. l. 206. ff. d. R. J.*  
 Idem Jure communi quoad dotalitium servari, non dubitamus.  
*l. 7. ff. solut. matr.* Paraphernalium marito concessorum idem  
 juris esse statuimus, cum hæc etiam in subsidium oneris matri-  
 monii ferendi dantur. Secus si quid contrarium pacto dotali  
 constitutum, cui firmiter inhærendum. *t. t. ff. d. pact. dotal. & G.*  
*d. pact. convent.* Quod receptitia attinet, in his idem ser-  
 vari, quod de mariti bonis propriis membro præcedente di-  
 ctum, putamus, si ex Jur. Civ. quæramus. Sed quid in foro Sax.  
 obtinet, ex dictis facile constat.

Membrum III.  
 DE ACQUISITIS PER SINGULAREM  
 OPERAM MARITI UXO-  
 RISVE.

I.

**H**æc acquisitio bonorum utrum communis, sit an verò  
 cuiq; ratione acquiritorum per suas operas adscribenda, vi-  
 debimus. Præmittendum verò existimamus, uxorem nec  
 quicquam esse in servitute viri, ut hinc omne lucrum uxoris con-  
 sequatur, ut quidam nugantur; sed in tutela ipsius, & in potesta-  
 te



te patris. l. 1. C. de bon. qua liber. 10. l. 4. C. solut. matr. Dionys.  
Halicar. l. 2. ita ut eam in adulterio deprehensam occidere pos-  
sit. l. patris. ff. adl. Jul. de adult. nec obst. l. familia. §. 1. ff. d. V. S.  
l. femina. ff. d. Senat. Ususfructum quoque ex bonis ejusdem  
adventitiis puta, ex hereditate, legatis, aliove modo honesto  
quæsitis, percipere valeat. l. 2. & lit. C. de bon. matr. Non ta-  
men negamus eam teneri marito præstare operas suas, ut Bald.  
in l. 1. C. de bon. mat. e. g. lanam carpere, texere, vestes confice-  
re, ad quas operas hodie etiam famulæ conducuntur, cum non  
omnibus matribusfam. ex ratione status hæc conveniant. Quid  
ergo in acquisitis per singularem operam conjugum? Sanè ex  
Jure Civili respondendum videtur, ea soli marito cedere, per l.  
Quintus. §. 1. de donat. int. vir. & ux. eò maxime, cum & eidem o-  
nera matrimonii incumbant, ut alimentatio uxoris, liberorum,  
ac totius familiæ. l. 22. §. 8. ff. solut. matr. Verùm cum in alleg. L.  
Quintus. asseratur: quæsitâ constante matrimonio, ex bonis  
mariti ad evitandam turpis quæstus suspicionem, quæsitâ præ-  
sumi; Inde non malè argumentandum putamus, in casu certo,  
& ubi hæc suspicio cessat, secus esse, & acquisita per singularem  
industriam; puta negociationem honestam uxoris, ejusdem  
manere, sicut opinantur Mascard, d. probat. vol. 1. concl. 50. Al-  
ciat. de præsumt. reg. 3. præf. 26. Nisi inita sit inter conjuges ac-  
quirendorum societas, quæ Jure permitta. l. ex diverso. §. si mu-  
lier ff. sol. matr. Gent. lib. 2. c. 19. d. donat. int. vir. & ux. Frantzk,  
var. resol. l. 2. quæst. 11. n. 12. tunc quicquid alteruter, sive operam,  
sive pecuniam contulerit, quocumque modo acquirat, commune  
erit. De Jure Sax. videbatur dicendum, quæsitâ conjugum in-  
dustriâ & laboribus communia esse utrique; cum communia bona  
dicantur possidere. Landr. l. b. 1. art. 31. ibiq. Gloss. & ad cum.  
Christoph. Zobel. lit. a Mann und Weib haben nicht getwete  
Gut zu ihrem Leibe. Sed hoc Gloss. latius in dict. art 31. l. A. &  
ad art 45. l. Landr. interpretatur, quoad sustentationem utriusque;  
alias omnia lucra Paraphernorum omnium & dotalium essent  
communialia contra text. s. jur. Petr. Heig. p. 1. quæst. 29. & quæst.  
seq. Hinc verior est opinio ex Jur. Sax. omnia obstante matrimo-  
nio acquisita marito cedere Wesenb. π. d. R. N. n. 6. Idque



in tantum verum est, ut idem obtineat in lucris ex mercatura u-  
xoris quaeritis. Cum enim omni in ierum ab uxore illatarum  
fructus capiat maritus, non potest non etiam mercium negotia-  
tionum fructus aquirere. *Petr. Heig. d. l. n. 11. 12. Matth. Col. p. 1.*  
*deces. 18. ubiq. Schulz. in addis.*

Membrum IV.

## De ACQUISITIS CASU FORTUNÆ.

I.

**I**nter modos acquirendi domini communes, seu Gentium,  
præcipui sunt Occupatio & Accessio. Quarum varias species  
nobis exhibent. §. 12. & seqq. J. d. A. R. D. Quarum plerasque  
fortuna adscribendas, nemo facile negabit, utpote quæ non ra-  
rò omni operæ ac industriæ prevalere videtur. Huic namque  
magnam terrarum portionem aqua adjecit, illi ditior thesaurus  
obvenit. Sunt acquisitionum varii modi, per alluvionem, co-  
alitionem, Insulæ nativitatem, alvei mutationem, thesauri in-  
ventionem &c. Horum ergo si qui accidunt conjugum alteru-  
tri, quid juris: non immerito quaeritur? Sanè quod accessiones  
attinet, facillor erit responsio, si prænotatur regula: accessori-  
um sequi naturam principalis ejusque dominio addici, qui rei  
principalis dominus est. *l. 10. §. 1. & 2. d. jur. dot. §. 20. Inst. d.*  
*rer. div. l. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. 23. Inst. & l. 7. §. 5. ff.*  
*d. rer. div.* Simile iudicium est adhibendum circa fructuum ac  
emolumentorum perceptionem, ut qui re principali fruitur, i-  
dem & accessoria frui possit. *Inst. d. rer. div. & idem de cæteris*  
*nudæ proprietati accrescentibus. l. 69. §. ult. l. 4. d. jur. dot.*

II. Sed quid de thesauro invento, siue maritus, siue uxor  
eam invenerit data opera, aut fortuitò, modo licitis mediis si lo-  
cus fuerit dotalis, hoc casu, uxori cedere videtur; illo, sc. si mari-  
to obtigit, æquam erit participat de lucro, & quidem dimidi-  
um; si verò extra dotem locus aut mulieri non proprius fuerit,  
in-



in ventrici mulieri diuidia pars acquiritur; Sin maritus, nihil par-  
ticipat. Quod si obtingat seruo praediorum dotalitium, tunc,  
cum omne, quod acquirit, mulieris sit, etiam in tali casu acquirit  
mulieri. *l. 1. §. 9. C. de rei ux. act.*

III. Huc etiam convenientissime referri posse autumo,  
partes metallicas, quas communiter Kuckus Bergheile appel-  
lant, nos, a vasa textuum juris Civ. ejusq; auctoritate nixi inclina-  
mus ad ipsorum sententiam qui hosce Kuckus uxori non marito  
propriis, certant per text. *l. 3. §. 6. & l. 5. §. 1. ff. de reb. eorum qui  
sub tut. vel cura Berlich. p. 3. conclus. 35. n. 3.* idq; etiam in foro  
Sax. observari docet *Carpz. p. 3. Const. 35. def. 1. & seqq.* Ea-  
demq; nostra est sententia de eorum partium montanarum redi-  
tibus, quos tamen Jure Saxon. maritus percipit omnes cum alii-  
rebus mobilibus, quibus hosce proventus seu reditus adscribi-  
mus, per *l. 7. §. 13. ff. sol. matr. l. 32. ff. de j. r. dot.* hac tamen dif-  
ferentia adhibitam, omne illud quod ex hisce partibus perceptum  
vel acquisitum est, lucro mariti cedere, & ultra hoc, ne minimum  
*Const. Elect. 125. §. Wann aber* sed omne quod reliquum uxor  
superstes consequi potest, *d. Const. §. Wo dann das Weib Carpz.  
d. 11. qui etiam d. f. 4.* optima ratione contendit uxori ob con-  
sumptos proventus actionem aestimatoriam concedi. qua praeter  
omnibus creditoribus, non autem prioribus hypothecariis ex-  
pressis, quanti consumpta aestimata sunt, repetere valet, haud ali-  
ter ac deponens. *l. 7. §. 2. & seq. ff. depositi.*

### SECTIO III.

## De COMMUNIONE BONO- RUM SOLUTO MATRIMONIO

### QUÆRITORUM.

#### I.

Postquam duabus prioribus sectionibus sunt relati bonorum  
cum ante, tunc in ipso matrimonio acquiriturum modi, super  
est.



est, ut attingamus etiam ea, quæ soluto matrimonio alterutrius  
conjugis propria sunt; Dispiciemus igitur ordine servato.

Membrum I.  
De QVÆSITIS EX MARITI  
RUPTO VINCULO CONJUGALI  
BONIS,

I.  
NE autem penitus ignoremus antiquitatem, monendum hic,  
temporibus diversis diversas fuisse Constitutiones & con-  
suetudines de solvendo, præter naturalem modum, matrimonio  
Alii mutare uxores, tanquam merces, imò communicare,  
cum gratis, ut commodatum, tum precio ut mutuum, *Xenoph.*  
*d. Spart. Reb. Strab. lib. 11. & 16. Casar. 4. d. bell. Gall. Sic & mu-*  
*lieres secundum legem Charondæ mutare maritos Theod. Si-*  
*cul. lib. 12. Sic & olim mutuo consensu l. 9. C. h. Nov. 22. c. 4.*  
*l. 2. & 7. d. divor. Ambros. Epist. 65. Cic. 2. Philip. Alii ob le-*  
*vissimam causam. Quam immoderatam licentiam certis post-*  
*modum circumscribere legibus Imperatores nostri Christiani,*  
*quas enarratas vide l. 8. C. de repud. Seld. lib. 3. c. 29. 30. & 31. &*  
*eas Justin. restrinxit in Nov. 22. c. 15. Nov. 117. c. 8. & 9. Jus Ca-*  
*non. hac in parte indistincte prohibuit. Nos quo propius ac-*  
*cedamus ad nostrum propositum, generaliter duos modos sol-*  
*ventes matrimonium, ponimus, quibus uxor acquirit ex bonis*  
*mariti; ut mortem & delictum.*

II. Delictum siue contingat adulterio, siue malitiosa de-  
sertione, utroque casu mulieri agere concessum ad solvendum  
matrimonium, *Matth. 5. & 19. l. 38. l. 47. sol. matr. l. 11. §. 3. ff. ad L. Jul. de*  
*adult. l. ult. C. eod. l. 8. C. d. Nov. 22. d. nupt. c. 15. Carpz. Jurispr. Ec-*  
*cles. p. 2. def. 129. & quidem civiliter, ad repetitionem dotis, do-*  
*nationis propter nuptias, aliorumque lucrorum nuptialium a-*  
*missionem per ll. dictas c. 10. §. si quoniam. c. plerumque. X. de*  
*don. int. vir. & ux. Myns. decad. 5. Resp. 43. n. 45. Philip. lib. 1.*  
*ect. 22.*

III. Na-



III. Naturali causa solvitur nexus conjugalis morte  
sive mariti; & tunc acquiritur uxori, vel ex ipsius dispositio-  
ne, tum inter vivos, tum ultimæ voluntatis; vel etiam ex i-  
psius juris dispositione. Virum de rebus suis per ultimam  
voluntatem non modò, sed & inter vivos pro arbitrio, tan-  
quam verus rei dominus disponere posse palàm est. Sed  
an dispositio hujusmodi seu pactum inter vivos quoad suc-  
cessionem valeat, dubium est. De Jure communi negant  
per l. 5. C. de pact. convent. Wesenb. w. ff. d. pact. dot. n. ult.  
Matth. d. matrim. D. 9. §. 12. VVissenb. d. pact. dotal. §. 23. Ex  
consuetudine hodierna Germ. affirmat Struv. Ex. 30. §. 19.  
Carpz. p. 2. c. 43. d. 6. Prior illa inter vivos dispositio valet, si  
in illa juris succedendi nulla mentio facta, etiam coram du-  
obus tribusve testibus. l. 5. C. d. pact. conv. & habet præsen-  
tem obligationem, licet post mortem effectum consequatur.  
Gail. lib. 2. Obs. 126. n. 6. Cotman, vol. 2. cons. 78. n. 176. Hæc  
si etiam contineat successionem futuram quinq; testibus  
confirmandam, aut judicialiter insinuandam esse arg. l. 31.  
C. d. donat. §. 1. 19. C. de testam. censet Carpz. d. l. def. 6. Struv.  
d. l. Et hanc etiam revocabilem esse demonstrat def. 10. §. 11.  
Coth. d. l. n. 169. eò quod ultima voluntas hominis ambula-  
toria, ad supremum usq; vitæ exitum l. 32. §. 3. ff. de don. l. 4.  
ff. de adim. & transf. legat. Quod si viduæ exsolvi non pos-  
sit, quod pactis dotalibus comprehensum, patrem teneri ad  
supplendum verius est. arg. l. 22. §. transgrediamur. ff. sol.  
matr. §. 1. C. de filiisfam. Schneidevv. J. quod cum eo qui in  
aliena potest. est §. si igitur. n. 6.

IV. Ex dispositione ultimæ voluntatis acquirit sibi  
mulier quatenus instituta est, una cum portione ex pactis  
dotalibus <sup>cap. 2.</sup> p. 7. c. 20. d. 6. modo legibus non contrarietur.  
l. 55. ff. d. leg. 1. cum intersit reip. suprema hominum judicia  
effectum sortiri, l. 1. C. d. SS. Eccles.

V. Ex ipsa juti dispositione, ubi nulla mariti con-  
ventio aut voluntas, quæ alias prævalet juri, l. fin. C. d. pact.  
convent. apparet, uxor, secundum loci statuta, hisce defici-  
entibus, ex concessione juris communis bona mariti acqui-  
rit, idq; propter arctissimam conjunctionem quæ est inter  
has personas l. 1. d. rit. nupt. Gud. l. 2. c. 6. qui ex Halicarnass.  
D refert,



refert, Romulum uxoribus hoc juris communicasse, ut maritorum suorum hæredes ex asse forent, sc. liberis communibus non existentibus, quod paulo post variatum legitur; Jur. Præt. tamen introductum alterum alteri succedere, sed non nisi post agnatos quæ dicta boni. poss. unde vir & uxor §. *aliam. Inst. de bon. poss.* Etenim naturali plus deberi quam adscititiæ conjunctioni convenientius est, eapropter omnis suspendatur successio, ut parentali sit locus *l. un. C. und. vir. & ux.* Hanc postmodum novissimis Constitutionibus circumscripsit Justinianus ut in certam præmorientis locupletis uxor indotata, aut, si exigua ipsius dos fuerit, *Guel. de jur. noviss. l. 2. c. 15.* etiam inopiâ laborans (*Gud. d. l. tunc eam inopiâ laborare censet, quando tantum vix habet, quod ex æquare portionem possit*) portionem succedat *Nov. 53. §. quoniam verò. Nov. 14. §. quoniam autem. Nov. 117. c. 3. Auth. præterea C. unde vir & ux.* quia inhonestum, & opprobrium foret mariti familiæ, ita depauperari & mendicari, imo iniqvissimum uxoris inopiam non sublevari, ubi remansere tanta bona, *d. Nov. 53. Schneidevv. de success. int. vir. & ux. n. 17. Treutl. D. 16. §. 6. lit. D.* Et hanc portionem quartam fuisse ostendunt *dd. Nov. 53. & 74.* ex illa ratiõne, quod olim indotatæ, si injusta subsequeretur dimissio, quartam totius substantiæ partem exsolvi constitutum erat, *Nov. 53. §. quoniam verò.*

VI. Postmodum statutum est, ut quocunq; modo solutum matrimonium, uxori hodie competat successio in quartam partem, hac tamen adjecta limitatione, si tres paucioresve liberi communes, sive alteriq; matrimonii, *Ludov. D. 10. §. 5. lit. B.* supersint, omnium bonorum. Pluribus verò exstantibus, in portionem virilem, id est tantum ab ipsa acceptum iri, quantum ab uno liberorum, *Nov. 117. §. quia verò. Auth. præterea. C. unde vir. & ux.* Et hæc obtinent, quamdiu mater vivit, defunctâ verò matre, ipsa proprietas redit ad liberos, *Nov. 117.* quod si contingeret hos ante discedere, mater pleno jure sibi acquireret eorum portiones, *Fach. 10. c. 72. Rittersh. p. 7. c. 17. n. 17.* quod secus arbitratur, si repudiant, *Duar. l. 1. de jur. accresc. c. 18. in fin. Ludov. d. 1.* sed ad proximos cognatos deferri, si verò liberi non



non adsint, mater cum agnatis & cognatis ad quartam partem pleno proprietatis jure succedit. *Auth. præterea. C. int. vir & ux. Nov. 117. c. 5. Don. 9. comm. 1.* Et hoc jure munitæ sunt uxores, ut illa portio nequaquam testamento auferri possit, *Dn. D. Struv. Ex. 38. §. 38. Gail. 2. obs. 119. Matth. D. 15. §. 19.* neq; minui. Si verò minus legatum sit à viro, quarta parte, id suppleri debeat, *Nov. 57. §. quia verò. & Auth. præterea,* etiam hoc beneficio utuntur contra fiscum, in confiscatione bonorum mariti, *Struv. Ex. 30. §. 38. Gudel. d. l. c. 6.* Sed quæritur, utrum huic portioni renunciare possit? **N.** quia textus rejicit pacta de non succedendo *l. pactum def. C. de collat. l. ult. ff. de suis & legit.* Opportunè etiam quæritur? An ex feudo hæc portio detrahi possit, Negatur per *l. 1. feud. tit. 15. l. 2. l. 13.*

## Membrum II. De ACQUISITIS EX BONIS UXORIS.

I.

**D**E cursis omnibus acquisitis & stante & soluto matrimonio, paucis quid in bonis uxoris marito, conjugali nexu rupto acquiratur, subnectendum.

II. Dicitur verò est marito deberi fructus omnes dotis pro oneribus matrimonii *l. pro onerib. C. de jur. dot. Dn. D. Richter de success. conjug. membr. 1. n. 5.* & paraphernalium concessos. Sed an Paraphernales quorum nudã administratiouem tantum habet, fructus ipsi etiam debentur? Resp. quod maritus horum perceptos, ut & receptitiourum restituere teneatur *Dn. D. Richter d. l. n. 6.*

III. Hinc dotem cum omnibus accessionibus nisi fuerit æstimata. *l. 10. §. ult. ff. d. jur. dot.* præter fructus, Parapherna omnia cum fructibus, exceptis his quos volente uxore percepit, restituere teneri necessarium est. *l. 1. l. 4. C. sol. matr. l. un. C. de rei ux. act. l. 6. ff. de jur. dot. Schneidevv. ad tit. Inst. de hered. que ab int. n. 7.*

IV. Cessat verò hæc repetitio, si pactis dotalibus aliter

D 2

ter



ter conventum, tum hæc conventio dat legem contractui,  
l. 1. §. si convenerit. ff. deposit. t. t. d. pact. dot. cui strictè in-  
hærendum. Ex æquitate egentem maritum lucrari dotem  
censemus, per Auth. præcrea. C. unde vir. & ux.


V. Solutio matrimonio per mortem mariti, aut per  
divortium sine culpa uxoris factum, (nam si culpa uxoris  
adsit, & ipsa emancipata, vel pater defunctus, dos lucro ma-  
riti cedit,) si modo emancipata, l. 71. de evict. l. 5. divort. l.  
19. matr. aut pater defunctus arg. l. un. §. 15. C. de rei ux. act.  
junct. l. 24. C. de jur. dot. marito cedit l. 8. §. 5. d. repud. ipso  
jure dominium dotis ab uxore profectæ l. 30. C. d. Jur. dot.  
ad ipsam mulierem redit. Wesenb. tit. solut. matr. ibiq.  
Hahn. n. 2. Bachoc. §. 10. a. & b. Dn. D. Struv. Ex. 30. §. 47.  
ad quam consequendam, uxori ejusq; hæredibus l. un. §. 6.  
de rei ux. act. datur rei vindicatio, contra quemvis posses-  
sorem. l. 10. ff. de jur. dot. Ob consumptam verò, actio ex  
stipulatu, tametsi non intervenerit, stipulatio fingatur.  
Struv. §. 48. d. l. l. 11. C. solut. matr. quam bonæ fidei cum  
Hahnio de jur. dot. n. 6. & sol. matr. n. 4. contendimus, Bach.  
ad Treutl. vol. 2. Diss. 7. §. 4. lit. B. Huic annexum est jus ta-  
citæ hypothecæ in bonis omnibus mariti §. 1. §. 11. Inst. d. act.  
vi cujus non solum chirographariis, sed & hypothecariis ta-  
citis atq; expressis, præfertur l. 12. C. qui pot. in pign. l. un. §. 1.  
& seqq. C. d. rei ux. act. Nov. 97. §. his consequens. Nov. 109.  
c. 1. Scip. Gent. l. 4. c. 16. d. donat. Secus ac Jur. Sax. quod  
expressam hypothecam uxoris tacitæ præfert, testante  
Carpz. part. 1. Const. 28. def. 64. Et ita in foro etiam practi-  
cari ostendit d. l. quod & in Camera affirmat, Gail. l. 2. Obs.  
25. n. 10. Mortuâ verò uxore pater vivus indifferenter prose-  
quitur dotem profectitiam l. un. §. 2. 6. & 13. C. d. rei ux. act.  
tam strictè, ut & liberi ab ejus competitione arceantur. arg.  
l. 11. & 76. §. 2. d. pact. dot. Anthon. Matth. D. 7. §. ult. Un-  
gep. Ex. 7. §. 7. latius. Bach. ad Treutl. vol. 2. D. 7. §. 10. lit. D.  
Quam tamen sententiam seu iniquiorem rejicit. Hahn. ad  
Wesenb. tit. sol. matr. n. 3. Sander. 2. decis. Frisc. 2. d. 5.  
Thesaur. decis. 190. Oldend. clas. 4. act. 26. circa finem. Ad-  
ventitiam sc. morte uxoris is qui dedit ex stipulatione con-  
sequetur, l. 24. C. d. jur. dot. l. un. §. 15. C. d. rei ux. act. Sin  
minus



minus hæredum uxoris erit, *l. un. §. 6. d. rei ux. act. Num. 21. c. 39. Nov. 98. c. 1.* Mortuo verò marito culpave ejus dissoluto matrimonio, si patrio nexu liberata uxor, sola. *l. un. §. 13. C. d. rei ux. act. l. 9. C. de pact. con.* Sin in potestate patria constituta, adhibito consensu patris, *l. 22. §. 5. sol. matr. l. 34. §. 5. d. leg. 2. l. 14. d. L. Falcid. Cujac. tract. 8. ad Affric. in d. l. 34. sol. matr.*

VI. Quod reliquum, idem juris in marito, quod in femina militare videtur, cum eadem eorum est ratio, quæ æquali gaudet dispositione. *l. 3. pr. C. de Condict. ind.* Nisi quod Jura Saxonica propitiora esse videantur marito, quæ dotem in mobilibus consistentem irrevocabiliter ipsi adscribunt. *Sandr. l. 1. art. 31. Schneidevv. d. l. n. 26.* imò & promissam, nondum verò solutam. *Berlich. p. 3. conclus. 29. n. 29.* rationes addit *Carpz. p. 3. Const. 23. def. 5.* aut quicquid mobilium acquisivit. *Coler. p. 2. d. 286.*

n. 26.



D 3

Do-





**D**Otes connubii monstrando, jure mereris,  
Dotes ingenii non sine laude feras.

*Hæc in honorem clarè docti,  
ac Præ-eximii DN. Præ-  
sentis hujus Dissertatio-  
nis Autoris, Amici mei  
dilectissimi, gratula-  
bund. appos.*

**PRÆSES.**

**Conju-**



**C**onjugii quænam communio rite bonorum  
Dicatur, rectè svavis amice doces.

Et tibi conjugii hinc messis per larga resultet:

Quâ de participes mox precor ex animo.

*Hec politissimo Dn. Respondenti niveo prorsus pe-  
ctore gratulabundus apponebat*

**Joh. Ericus Nagel / VValenbrugâ Westph.**

**E**st commune bonum: Virtutis præmia ferre,  
Hoc manet, ESSENI, splendida facta Tua.

Euge bonum factum! speciosâ prodere vires

Et tentare viâ, quam colit ipsa Themis.

Gratulor! augetur bona mentis & aucta perennent!

Præmia virtutis mox cumulata feras!

*Ex animo vovet*

**Johann: Justus Arcularius, Ravens-  
bergicus.**

**D**um bona Conjugii tractas, precor, ut tibi Conjux  
Per bona permultis adsit onusta bonis.

ARCAM MACRA tenet, sed gazam costâ pudica: (\*)

*Cista sat æris habet, si tibi casta venit.*

Numos cistâ ferat, sed non sine Numine numos,

Ne lædant tædas tædia fœda tuas.

Pronuba sit Virtus tibi, MORGENGABA sit uxor

Bellula, jus tandem det Parapherna D.I.V.

(\*) *MACRA per anagr. ARCAM.*

*Adplaudit Nobilis. Dno. Auctori LL.  
Candid. Digniss. Fautori & ami-  
co suo Lectissimo*

**H. von der Lich / Verd.  
In stu-**



**I**n studiis Themidos quid, quantum ESSENIA proles  
Fecerit, exemplo comprobat hocce suo.  
Pro docta cathedra docto dum disputat ore,  
Quid sit conjugium detegit ille satis.  
Ausus sunt voto digni precor ergo: secundos  
Successus cœptis annuat ipse Deus.

*Ita Nobilissimo Dn. Respondenti populari ac contu-  
bernali suo dilecto gratulabundus  
apposuit*

**Joh. Kramer / Osn. Gvestph. Philia p. G.**

**E**Cce APOLLO, PALLASq; inclyta  
Prodeunt TIBI plausu sacro,  
Hos THEMISTA lectatur gradu.  
Tu Comes Themistos, prosperam  
Expetis viam, MERCURIUS  
Dux TUI ad cathedram Civicam.  
JUNO cujus adnutum es celer,  
Explicat caput. COELUM favet;  
Sed DIESPITER nervos regat,  
Advolet MAJESTAS (\*) PRINCIPIS  
Proximè FAVOR, seu CURIA  
Te vehat. VENUS DOTEM feret  
Optumam, RATUM præstet DEUS.

(\*) sc. Dea honoris.

*Currente calamo ast propensissimo affectu hisce  
paucis Dn. Auth. populari sui aman-  
tissimo gratari voluit*

**VV. H. Gerding / Osn. Badbergensis  
Gvestphalus.**

**F I N I S.**




3  
ULB Halle  
004 795 92X  


SB


VD17











B.I.G.

Farbkarte #13

CO JURIDICA

De  
**UNIONE**

**CONJUGALIS**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

**CONJUGII**

20

23

10

1671/10

*nam*

*iliante*

*inis Clementia*

*icante*

*in hac Salana Ordine*

*cinante*

*IRO*

*Consultissimo, Excellentissimo*

**NE FRIDERICO**

**Curia Provincial. Sa-**

**al. Jen. Advocato Ordinario Prae-**

**toro suo singulari observantiae**

**suspiciendo**

**orum censura exhibet**

**MARTINUS ab ESSEN,**

**sa Gvestphalus,**

**AUTOR**

**isqve consvetis**

**Februarii**

**DC. LXXI.**

**NÆ,**

*Mülleriano.*

22

